

Kulpritz

1686



119



1793.

6

1682M

de Consolidatione

JO. GEORGII KULPIS, JC.
 SELECTIORVM
 DISSERTATIONUM
 ACADEMICARUM
 LIBER.

167



ARGENTORATI,
 Literis JOHANNIS FRIDERICI SPOOR.

1686

Kol 1722

W. P. Rudenow. 1696.

K





PER-ILLUSTRIBUS AC GENEROSISSIMIS
DOMINIS
BARTHOLDO DE BÜLOUU,
ET
MAXIMILIANO DE
MENZINGEN,

Serenissimæ Domus Württembergicæ

Ministris Status, & Consiliariis Intimis,

Præfectis quoque Supremis,

Illi quidem,

Schorndorfensi, Waiblingensi ac Winendensi;

Huic, Brakenheimensi. &c.

PATRONIS SUIS OPTIMIS,

S. P. D.

JO. GEORGIUS KULPIS.

O *Efero Vobis, Per-Illustres ac
Generosissimi Domini, Li-
brum, mole quidem exi-*

);(2

guum,

guum, sed, ut argumento suo for-
tasse non penitus spernendum, ita
animo offerentis amplissimum.
Amplissima enim *VESTRA* in
me sunt merita, quibus propterea
pares etiam gratias referre obstri-
ctus sum. Hoc, dum Libri præ-
sentis indicio præstare quadante-
nus annitor, granditatem, quam
in se habet nullam, unde rectius,
quam ab animi, *VOBIS* devotif-
simi, studio, affectuq; amplissimo,
adsciscere mutuariq; debeam, igno-
ro.

ro. Neg³ VOS, hinc quaesitum,
isthunc cultum, averfatuos esse,
opinor, qui, pro Generosi pectoris
VESTRI indole, qua, ad seculi
admirationem, praecellitis, nil
aliud fere quam mentem, debito-
rum VESTRORUM, quaeque
exinde profluit, ingenuam obliga-
tionis suae confessionem, adspicitis,
eaeque valde estis contenti. Ego sa-
ne, quam repraesentare nondum
plene possum, solutionem, nova pro-
missione constituo, & ubi solvendo
101):(3 etiam

*etiam non fuero, DEUM expro-
missorem substituo, quem exorare
non desinam, ut in perpetuo flore,
& VOS, & GENEROSISSI-
MAS Familias VESTRAS,
conseruet, VOBISque rem publicè
privatimq; bene gerere largiatur.*

JO.

Per Illustribus ac Generosissimis Dominis,
LIBERI AC IMMEDIATI ORDINIS
EQUESTRIS REGII,
IN ALSATIA INFERIORI,
DIRECTORI, CÆTERISQUE REGIMINIS
SENATORIBUS,
de se suisque non minus, ac Universo Ordine
excellenter meritis.


S. P. D.

JO. WOLFGANGUS von Rathsamhausen.



*Uod hujusce libelli pagi-
næ, ad Veneranda Con-
sessus VESTRI adyta viam sibi,
tantâ facilitate, vel quærere sustinue-
runt,*

runt, vel aperire; ejus, si qua est, audacia argumen-
ta, VOBIS adhuc probare me posse apud animum
meum penitus existimo. Sive enim his, quibus in
profectus meos qualescunque inquirendi est facultas,
rationes aliquas reddere velim, ubi justius id fieri
oportebat, quam in tali Coetu, unde tam varia ne-
cessitudines, & ipsum denique sanctum Parentis no-
men, mihi conciliantur. Sive demonstranda sit
pietas, qua indulgentiam VESTRAM & favo-
rem haecenus susceperim, non apparebat nunc qui-
dem occasio opportunior, quam ut, publica isthac
compellatione, prolixissimum animi affectum, intra
paucorum verborum ambitum explicatum, decla-
rarem. Patiemiini autem, si id quoque dixero,
postquam propediem peregrinationibus instituendis
aliquandiu heic abfuturus sum, noluisse me omnino
discedere, nisi benevolentiae VESTRAE constantiam
antea, velut aliqua novatione, mihi iterum obfir-
massem, quam, ut deinceps mihi integram servare
velitis, solenni formula contendo.



C. B. D.

De

CONSOLIDATIONE.

I.

*Origo Consolidationis
Philosophica & Histo-
rica. Descriptio. No-
mina alia.*

Dostquam supremum Numen,
eam hominibus fecit gratiam, ut
in res hujus inferioris naturæ quascun-
que, plenam illis facultatem, statim à
mundo condito, concederet, atque ite-
rum, mundo post diluvium reparato, confirmaret:
nata est, ex principio non minus sancto, quam fonte
locupletissimo, Proprietas Rerum, atque Dominium,
certissimus Juris Naturalis foetus. Cujus quidem ea
vis est, ut super his, quæ semel acquisivimus, ex arbi-
trio nostro soli statuere possimus, cæterique omnes
ab iisdem sese teneantur abstinere: ex ordine tamen
societatis humanæ, rigor iste ita debet temperari, ut

Genes. I, 28.

Genes. IX, 2.

A

beni-

benignitatis illius, quâ, præter omne utique meritum, nos affecit Deus, adversus alios, quos cognatione quadam ipsa natura nobis conciliavit, pignora ostendamus atque exempla: sed quoniam perversa plerorumque indoles, isthanc humanitatis legem, sola conscientiae religione, eosdem sequi, sæpius non patiebatur, certi modi inventi sunt, quibus in Civilem coetum collecti, communicandis tanto facilius necessariis invicem officiis, id sibi quærere possunt, ut, quam ex rebus nostris utilitatem aut commoditatem permittere aliis sponte detrectamus, Jure suo deinceps petant, atque, ubi opus est, actionibus etiam consequantur. Nam & naturæ domini hoc maxime convenit, sive, quod hætenus nostrum est, ad alium transferamus, perfecta proprietatis alienatione, sive, reservato nobis potiori Dominio, particulam ejus aliquam derivemus in alterum, aut saltem conferamus Jus non penitus hinc abludens, & quo in rei nostræ ejusve usus participationem alius perveniat. Cum enim Dominium, tanquam qualitas moralis, suos recipiat gradus, non minus civilis legis operâ, quam voluntate contrahentium, alterari variè potest, donec in aliam à principio suo discrepantem formam prolabatur.

II. Apud Romanos, populum ob legislationem suam maxime insignem, illustria hujus rei habemus specimina, quando non solum ipsius Domini varias adornarunt condiciones, quibus aliud Bonitarium seu Naturale, aliud Quiritarium seu Civile, aliud plenum dixerunt: quales differentias Justinianus Imp.

l. fin.

l. singulari C. de Nud. Iur. Quir. toll. iterum sustulit: sed & circa Dominium eousque occupati fuerint, quoad rationem suam illud ferè amiserit, sicut accidisse vidimus, in separatione ususfructus à Dominio, ex pluribus rationibus, quarum aliquas indagavit *Schilterus*, olim producta. Complectitur isthoc, inter cæteras sui partes, facultatem utendi fruendi rebus, sibi subjectis; quam Dominus vel retinere ipse, vel alteri cedere potest. Hoc posterius ubi fecerit, eamque potestatem, à proprietate sua abscissam, alteri constituerit, Romanæ Jurisprudentiæ disciplinâ, nova quædam Juris species producitur, forma sua speciali constans, & cui peculiare quoque *Ususfructus* nomen tribuitur, quæ abhinc *Paulo & Papiniano* *Jctis*, non amplius portio, aut *pars Domini* esse dicitur, sed, respectu concedentis, *servitus* appellatur, quatenus Proprietarius, alterum emolumenta rei suæ capere, pati tenetur; ratione ejus, cui conceditur, *Ius*, seu facultas moralis, alienis rebus utendi fruendi, salva rerum substantia. Quanquam enim naturaliter rem expendenti appareat, *id Ius novum non esse, nisi modo, cum virtute ipsa inerat in Dominio Domini*, ut rectè observavit *Grotius*; nihil tamen obstat, quominus Juris Civilis impositione, certis qualitatibus instrui, suisque effectibus possit muniri, quorum intuitu, pro alio deinceps novoque jure habeatur, donec in pristinam suam causam recidat, & quod hætenus separatum fuerat, cum proprietate iterum jungatur. Propter hanc formalem aptitudinem unionis, de natura domini aliquando participare, ac *portionis instar vel parti similis esse*, quibusdam casibus dicitur, quos *Collegium*

Ad ff. Exere. XVII. th. 2.

l. 25. pr. de V. S. l. 66. §. 6. de leg. II.

l. 1. ff. de pr. l. de usufr.

de I. B. P. II, 3, 2.

l. 4. de usufr. l. 76. §. 2. de leg. II. l. 58. de V. O.



Ad Tit. de U-
suf. n. 24.

legium Argentoratense diligenter annotavit. Qui, cum facile potuissent cum cæteris locis conciliari, si distinctionem inter statum ac ampliacionem à Philosophis voluiffemus mutuari: Glossa tamen, quique eandem postea secuti sunt, Interpretes plurimi, existimaverunt, *duas* ususfructus *species* esse faciendas, quarum alteram, usumfructum *causalem*, qui cohæreat proprietati, alteram *formalem*, qui ab eadem separatus existat, appellaverunt. Quæ quidem partitio, doctrinæ causa nunc retineri, & in sensum commodum trahi debet; si verò rigidiori censurâ, ad regulas Juris *Quiritium* exigatur, forte explicationem sibi ipsi contrariam parere, haud difficulter posset ostendi: nam causalis ille, quo Dominus re sua frui censetur, non est *Ius*, sed *actus*, & operatio proprietatis, & percipitur, non *iure specifico* & separato, quod essenziale ususfructus requisitum est, sed *Iure proprietatis*, uti præclare *Strauchius* demonstravit.

Ad 50. Decis.
Ex. V. c. 1. n. 3
seqq.

III. Cæterum, sicut in Rep. Romana recepta est ista ususfructus à proprietate deductio, ita vicissim ratio est inventa, quâ iterum accedere proprietati poterat, quicquid interea, juris istius constitutione, eidem abfuit, ut deinceps plena habeatur. Sic enim opponit *Papinianus* in l. 2. pr. *Quib. mod. ususfr. am.* proprietatem *Nudam* & *plenam*, ut illam vocet, ubi uni proprietatis relicta, alteri ususfructus legatus est, hanc, eo tempore, quo jus fruendi legatario non amplius competit. Eodem sensu dicitur *plena proprietatis*, in l. 36. §. 1. de *Vsuf.* l. 46. pr. eod. l. 78. pr. de *Iur. Dot.* l. 10. de *Vsuf. legat.* l. 15. §. 4. de *Castrens. pecul.* aliàs *plena in re*

in re potestas, in §. ult. l. de usufr. dum jus, quod alteri in re nostra compete-
 bat, est sublatum, ut soli iterum facultatem habeamus: hinc *plenum dominium*, in l. 4. pr. de alim. vel. cib. leg. atque *pleno jure sui* esse traduntur *servi*, inter quos *fructuarii non continentur*: & sicut alias *solidum* bonis authoribus appellatur, cui nihil, quod adesse debeat, abest, ita etiam *solida proprietas* vocatur, in l. 26. pr. de usufr. leg. l. 35. de Bon. libert. Jus *solidum*, in l. 9. §. 2. de aqu. & aqu. plu. arc. cui commodum illud, quod per usumfructum abscesserat, est reunitum. Unde *Consolidatio*, in l. 3. §. 1. de usufr. accresc. §. 3. l. de usufr. ipse modus, quo ista conjunctio contingit.: de cujus natura porro videbimus.

IV. Quænam fuerint causæ juridicæ atque impulsivæ, quibus legislator iste movebatur, ut Consolidationem introduceret, ex ipsa rei conditione, absque multa difficultate, erui potest atque cognosci. Cum enim proprietatem & bona quævis nostra, ideò obtineamus, ut fructus ac emolumenta inde provenientia, commodis nostris promovendis, quoties opus est, possimus usurpare, siquidem, *Vlpiano* interprete, *naturaliter Bona ex eo dicuntur, quod beant, hoc est, beatos faciunt, beare autem est prodesse*; cui fini facilius obtinendo, id quoque inservire videbatur, si dominis ejusmodi suppeditaretur medium, quo alteri Jus saltem fruendi constituere possent, ne aliàs urgente necessitate, rem suam omninò cogerentur alienare: certè quod in utilitatem vitæ civilis, & favorem dominorum adornatum est, in detrimentum illorum pertinuisset, nisi excogitata simul fuisset, ratio, qua

l. 49. de F. S.

l. 9. pr. de U-
suf. l. 59. §. 1.
eod.

l. 83. de V. S.

l. 3. §. 2. de
usufr. §. 1. l.
eod.

l. 56. ff. de u-
suf. l. 8. d.
usufr. & usufr.
leg.

insignis ista portio, ex bonis nostris alteri concessa, quatenus *quicquid ex re nascitur, aut quicquid inde percipi potest, ad fructuarium spectat*, aliquando ad fontis sui principium potuisset iterum reduci: nam *proprie Bona, Favoleno auctore, dici non possunt, quae plus incommodi quam commodi habent*: & perinde puto haberi debebat, nullum penitus, an tam sterile jus, proprietatis Domino fuerit reservatum. Ex hoc itaque fundamento, *ne in universum, hoc est perpetuo, inutiles essent proprietates, semper abscedente usufructu, placuit*, sicut nominatim Gajus annotavit, *Romanis*, ut non solum *jus personale* esset *Ususfructus*, qui cum persona fruentis desineret, sed etiam *certis modis extingueretur, & ad proprietatem reverteretur*, id quod praecipue per Consolidationem contingere dicitur. Hinc valde dubitabatur olim, an *ususfructus municipiis efficaciter legari possit, iisque propterea actio dari debeat, ex eadem ratione, quod periculum esse videbatur, ne perpetuus fieret, quia neque morte, neque facile capitis diminutione periturus sit, & si quis municipes perpetuo tueretur, nulla utilitas esset nuda proprietatis, semper abscedente usufructu*, unde, quod stricto jure iis foret denegandum, temperamento aequitatis ita sustinuerunt, ut *centum annis municipes essent tuendi, quia is finis vitae longaevi hominis est*, uti ejusdem Gaji responsis alibi docemur: Atque exinde aliae veterum altercationes deinceps fuerunt decisae, sicut exemplum *l. 14. C. de usufr.* luculenter ostendit.

V. Gravioris indaginis illud est, quando & quo Reip. statu, quave juris sui parte, Consolidationem hanc

hanc instituerint Romani aut receperint. Cujus quæstionis definitio dependere mihi videtur ab ea, quando & qua ratione, ususfructus, tanquam juris specifici, à Dominio separatio, fuerit inducta. Quod enim de *Manumissione* pronunciat *Vlpianus*, notam eam non fuisse, cum *servitus* esset incognita, sed postquam *Iure Gentium servitus*, ea nimirum, qua persona servit personæ, *invasit*, secutum esse beneficium *Manumissionis*, quod propterea ab eodem *Iure Gentium* Originem sumpsit: pari modo licebit accommodare ad consolidationem, quæ utique ante ususfructus, sive servitutis, qua res personæ servit, constitutionem, erat incognita; hoc verò introducto, ejusdem cum illo originis esse necessum est. Sed quo jure id ceperit, non omnium eadem est opinio. Collegium nostrum *Argentoratense*, causam effectricem ususfructus ipsum *Gentium jus ac rationem naturalem* esse statuit. Cujus si illa, uti puto, mens est, rationem naturalem huic juri non adversari, nec aliorum populorum mores abluere, prorsus admitto, quanquam fundamentum, quo id asseritur, heic non urgebo. Alii tamen, an jus, quod rei alicui non adversatur, ejus efficiens causa appellari possit, ferè addubitant. *Job. Schilterus* existimat, introductam istam proprietatis & ususfructus separationem *Moribus*, deinde à *Pratore approbatam*, ac tandem à *SCto* ad res, etiam quæ usu consumuntur, *productam*: idque factum esse, non *moribus Quiritium propriis*, sed qui & *aliis Gentibus sunt communes*. Mihi eorum sententia maximè probatur, qui, si de ususfructu, uti in Romana Rep. viguit, loquamur, ejus ortum *Iuri Romanis proprio*, eoque *Civili*,
adscri-

l. 4. de Just.
& Jur. pr. l.
de libert.

ad Tit. de u-
suf. th. 7.

ad ff. Exerc.
17. th. 2.

*l. 63. §. ult.
pro foe.*

*l. 10. §. 16. de
in jus voc. l. 17
§. 1. de Pen.*

adscribendum esse putant, id quod, ut alias rationes præteream, vel ea sola evincit, quod deportatione, sive maxima & media capitis deminutione, quæ morti, quâ Jura, personæ cohærentia, ordinariè perèunt, in legibus solet comparari, iste amittatur, uti ex *l. 35. fin. ff. l. 16. fin. C. §. 3. 1. de usufr.* constat: at deportatione ea solum, quæ Juris Civilis sunt, amitti, quæ ex Gentium aut Naturali jure competunt, salva manere, ex responsis *Vlpiani ac Marciani* novimus.

VI. Cum verò Romani juris variæ sint partes, cui specialius hoc debeat attribui, nondum planè expeditum est; videtur tamen nulla juris scripti pars eò pertinere, neque enim ulla *lege*, aut *Plebis cito*, aut *Scito*, aut *Magistratus Edicto* id inductum esse, conicere possumus, quia in commentariis suis Veteres Jcti, ex quorum fragmentis, Titulos hujus argumenti in Pandectis adornavit Tribonianus, nusquam ejus fecerunt mentionem; ast vestigium saltem aliquod, procul omni dubio, appareret, si publica quadam constitutione id juris fuisset receptum. Neque per *Principum Placita* demum fieri poterat, quoniam, qui ante horum initia vixit, summus Jctus, *Cicero*, in *Topicis*, jam usumfructum, quem verum appellamus, agnoscit. Neque *Responsa Prudentum* hoc effecerunt, quoniam hi respondebant de jure jam lato, & iudices solum super controversiis inde definiendis informabant, sicut in universum, quod responsa ista inter Populi Romani jura referuntur, intelligendum est, non ratione *Constitutionis*, neque enim jus legislatorium, Jcti unquam habuerunt, sed ratione effectus, quatenus
eorum

eorum sententias communes iudices non minus ac ipsas leges tenebantur observare.

§. 8. fin. §. de
F. N. G. & C

VII. Superest ergo, ut *Iuri non scripto* suos debeat natales: Cujus cum duo sint genera, quorum alterum per usum & *Consuetudinem* popularem; alterum per *Traditiones* Veterum *Jcto*rum inductum est: penitus assentior *M. Aurelio Galvano, Ferrariensi, Jcto* nostri seculi doctissimo, quod non illi, sed huic, ut multa Romani juris capita alia, ita *Ususfructus* quoque exordia, accepta ferri debeant; solet aliàs *Juris Civilis*, in significato specialiori, ac *Media* etiam *Jurisprudentia* nomine hoc genus Juris venire, cujus institutum, secretiori quadam *Decemviralium* legum interpretatione, quasi per successionem ad posteros transmissa, absoluebatur, ejus verò primi fundatores *P. Mutius, Brutus & Manilius*, à *Pomponio* celebrantur. Probabile verò est, eâ *Occasione* id esse factum, ut, cum *LL. XII. Tabb.* introduxissent servitutes reales, quemadmodum docemur exemplis viæ & aquæ ductus, ansa sit data *Jurisprudentibus* extendendi per Interpretationem, *XII. Tabulas*, etiam ad illa servitutum genera, per quas res immediatè hominibus ipsis deservirent. *Fundamentum* huic sententiæ præbet locus ex *Corporis Vlpiani* fragmentis; *Ususfructus IVRE CIVILI* legari potest, earum rerum, quarum salva substantia utendi fruendi potest esse facultas, & tam singularium rerum, quam plurium, id est, partis. *SENATUS CONSULTO* cautum est, ut etiamsi earum rerum, quæ in abusu continentur, ut puta vini, olei, tritici, *ususfructus* legatus sit, legatario res tradantur cautionibus interpositis,

de *Usufr. c. 6.*
num. II.

§. 3. I. de leg.
Agnat. success.

l. 2. §. 39. de
O. I.

Tit. XXIV. §.
26. & 27.

B

sitis,

suis , de restituendis eis cum usufructus ad legatarium pertinere desierit. Ubi manifestè ita opponuntur verus & quasi usufructus, ut ille adscribatur Juri Civili, per quod mediam Jurisprudentiam intelligi, jam notavimus, & testimonio suo sufficienter comprobavit *Pomponius*: hic verò S^Cto, circa tempora forte *Augusti Imp.* lato, cum ejus meminerint *Nerva* atque *Sabinus*, quorum uterque floruit sub *Tiberio*. Debere autem Jus Civile, eo quem diximus sensu accipi, vel inde etiam constat, quoniam alias Senatus Consultum, species nempè Juris Civilis, latius dicti, eidem male opponeretur. Quare eadem incunabula Consolidationi quoque asserimus.

l. 2. §. 5. de
O. I.
l. 3. l. 5. de
Usufr. ear.
rer.

IIX. Est autem *Consolidatio*, si generali definitione rem totam velimus complecti, nihil aliud, quam *proprietatis & usufructus, separatim hætenus existentis, in primam sui formam conjunctio*: vel, *proprietatis & usufructus ad se invicem reversio*. His enim loquendi modis in omnibus Justiniani juris partibus explicatur. Vocatur alias *confusio*, à *Paulo*, & *Venulejo*. Græcis σύγχυσις. σόρευσις quoque dici, ex *Theophilo* plures jam notarunt, interque eos etiam *Franciscus Raguellus*, sed, *in loco ab hoc citato se id non reperisse*, annotavit *Strauchius*: mihi quidem inspicere *Raguelli* allegationem non licuit, res ipsa tamen certa est, ita enim in *Theophili* exemplo, quo ego utor, superioris seculi anno tricesimo & quarto Parisiis edito, §. 3. j. *de usufr.* verba habent: *Λέγεται δὲ τῆτο Consolidatio, ἢτοι σόρευσις.* Sed Consolidationis propriam vocem alii deinceps populi retinuerunt, sicut nominatim
de Cel.

vid. §. ult. f.
de usufr. l. 3. §.
1. 2. ff. de usu
fr. accresc. l.
16. fin. C. de
usufr. l. 27. ff.
quemadm.
usufr. am.
l. 4. usufr.
quem. cav.
ad 50. Decis.
Ex. V. c. 6. n.
17. seqq.

de Celtismo suo in ea ipsa re testatur Mornacius. In legibus ac formulis latinis priscorum Francorum, sive Germanorum, ea circumscriptione insignitur, ad suum facere revocare Dominium: Item, ad suam facere revocare, vel recipere, potestatem vel dominationem, quemadmodum varia docent exempla, in formulis Bignonianis, Lindenbrogianis, & Sirmondicis, quales Capitularium Regum Francorum, Tomo secundo, edidit, Stephanus Baluzius. Interdum quoque, memoratas substantias in integrum reverti ad partes ejus, cujus est proprietas, dicitur, sicut ex chartis, quas ex Tabulario Casauriensi retulit Fresneus, amplius constat.

ad l. 17. quib. mod. Ususfructuam.

Bign. 20. 21.
Lindenbr. 19.
20. Sirmond.
38. Lind. 22.
25. 27.
Gloss. voc. precaria.

II.

Species Consolidationis. Objectum, seu Materia, circa quam versatur.

IX. Communiter duas faciunt Consolidationis species, quarum una in persona Proprietarii, altera in Usufructuarii persona contingat. Fundamentum divisionis petitur ex §. 3. l. de Usufr. iis verbis: *item finitur Ususfructus, si Domino proprietatis ab Usufructuario cedatur: nam cedendo extraneo nihil agitur: vel ex contrario, si usufructuarius proprietatem rei adquisierit: quæ res Consolidatio appellatur.* Primus, quantum mihi constat, Philosophiam hanc in dubium vocavit Ioh. Strauchius, accuratissimus Juris Interpres, qui propriè, eam tantum Consolidationem esse voluit, si usufructus ad proprietatem; non, si proprietas ad usumfructum perveniat

loc. cit. n. 16

ad ff. Ex. XVII
th. 50.

in l. 3. §. ult.
& l. 6. de
Usufr. accresc.
add. Molinae
ad Consuet.
Paris. Tit. I. §.
43. gl. I. n. 181.

l. 7. l. 12. de U-
suf. ear. rer.

veniat ; quod amplius extendit , ut nec illud indi-
stinctè admittat , verum tum demum , si *Usufru-
ctus* , non amissus , sed finitus , ex conventione , cum
proprietate confundatur. allegantur in eam rem l. 4.
*Usufruet. quemadm. cav. l. 27. quib. mod. Usufr. am. l. 9.
§. ult. de aqu. plu. v.* Strauchium deinde secutus est *Ioh.
Schilterus*. Si, quod mihi videtur, dicendum, existi-
mo, Consolidationem, genus esse analogum, quod
primario de illa quidem dicatur specie, cui proprie
id nominis tribuit Strauchius, quæque etiam, voce
absolute posita, semper sit intelligenda; sed tamen
speciem alteram de natura rei aliquid etiam partici-
pare. Nec aliud videtur velle ipse Strauchius, addit
enim in sequentibus, *id discriminis ita accuratè non
servari, quin, sive proprietarius usumfructum, sive pro-
prietatem usufructuarius adquirat, Consolidatio dicatur;*
quam sententiam cum & Ulpiani autoritas confir-
met, & praxis Forensis sequatur, nostra quoque Dis-
sertatio in decursu retinebit.

X. Erit itaque *Objectum Consolidationis*, Jus istud
debilitatum, cui lege aut Conventione hominum
aliquid ab ea, ad quam naturaliter ordinatur, per-
fectione, abscessit; quod, sive *Dominium minus plenum*,
sive *usumfructum*, appellare velis, nisi fallor, perinde
est. Ut enim solidum plenumque fiat, quodcun-
que demum fuerit, per Consolidationem efficitur.
Sed Jure quidem Romano, de Usufrectu vero hoc
tantum procedit, is enim solus potest consolidari:
aliud est in *quasi usufructu*; cum enim per eum ple-
na in fructuarium abeat proprietates, uti *Gajus & Mar-
cianus*

ianus responderunt, non nisi valde improprie Consolidatio fieri dicetur, quoties post mortem aut capitis minutionem, ejusdem qualitatis res alteri restituitur.

XI. Neque tamen Consolidationis jus, ad solum usumfructum, quatenus legibus Romanis est notus, restrinxi. ut enim, ex quo hujus Juris usum, ob præclarum æquitatis studium, plurimum aliorum populorum fora admiserunt, id quoque, quod de Usufructu, ejusque Consolidatione illic est traditum, in his recipi consueverit: non tamen cum abrogatione domesticorum institutorum id factum est: quare, sicut universa Romani Juris autoritas, haud aliter, quam salvis ubique propriis legibus moribusque, intelligi debet, ac unice in subsidium, iis nempe deficientibus, usurpari; ita, si quando in his aliter, ac in isto, de Usufructu, hæc vel istâ Republicâ, reperitur constitutum, ne principia utriusque Juris confundantur, sollicitè cavendum est.

XII. In foro sanè Germanico versanti, facile specimina hujus generis licebit observare, quibus aliter pronuntiandum esse, constet, si de Usufructu Juris Romani agatur, aliter, si de eo, qui ex Germanorum legibus descendit: nam usumfructum quoque antiquiores Germanos jam sibi habuisse, eumque voce *Lidolaip* expressisse, Constitutio Regis Rotharis, inter *Leges Longobardicas* relata, nos docet: *si quis res suas alij thingaverit, & dixerit in ipso thinx, lidolaip, id est, qui in die obitus sui reliquerit, non dispergat ipsas*

Lib. II. Tit. 15.
leg. 2.



L. II, T-14.
L. 12, 13, T-20
L. I.
p. 1425.

pag. 367.

res postea doloſo animo, niſi fruatur cum ratione. Quod enim tam graviter, quid per *thingare* & *thinx*, non minus, quam *lidolaip* propriè debeat intelligi, Interpretes diſſenſerint, nos movere non debet; ſiquidem prius expeditum eſſe exiſtimo, cum per *thingare*, nil aliud quam *donare*, per *thinx* verò ipſam *donationem*, traditione perfectam, aliquando etiam ipſam *rem donatam*, ſignificari, alia Longobardici Juris loca ſatis doceant. *Lidolaip* vult *Fridericus Lindenbrogius*, in *Gloſſario*, ſequentibus verbis reddi, *in die obitus*, alias addit, *Laib Germanicum eſſe*, quo *Corpus* denotetur, *lido* quid ſit, non *liquere*: Cujus verba in ſuum quoque *Gloſſarium Archajologicum* tranſcripſit *Henricus Spelmannus*. Sed non eſt, cur eorum deſeramus ſententiam, qui integram vocem, vel potius circumſcriptionem, vere germanicam heic agnoſcunt, *Li-tholaib* / ſive *Leih zu Leib* / unde *lidhilabium* & *lidhilabiam* corruptæ latinitatis Autores deinceps fecerunt, ut iſte propoſitæ legis ſenſus ſit, ſi quis *proprietatem* rei ſuæ alteri donaverit, *deducto uſufructu*, quatenus adjecto pacto eundem ſibi conſtitui obtinuerit, debere illum, quod ita à novo Domino ad dies vitæ eſt relictum, non *diſpergere* ſive alienare, ſed nec aliter frui, niſi cum *ratione*, hoc eſt, boni viri arbitratu. Clarius ea, quæ diximus, ex veteris *Legis Alamannorum*, à Theodorico Rege Francorum compoſitæ, temporibusque Chlotarii ac Dagoberti exauctæ, *Capitulo ſecundo* apparebunt, ubi *de liberis qui res ſuas ad Eccleſiam Dei tradunt, & in beneficium ſub uſufructuario accipiunt*, iſta leguntur: *ſi quis liber res ſuas ad Eccleſiam Dei dederit, & per chartam firmitatem acceperit,*

ceperit, sicut superius dictum, & posthac à pastore Ecclesie per beneficium susceperit, ad victualem necessitatem conquirendam diebus vite sue, & quod spondit, persolvat, ad Ecclesiam censum de illa terra, & hoc per Epistolam firmitatis fiat, ut post ejus discessum ullus de heredibus non contradicat. Eadem in Codice, quem Speculi Suevici nomine appellamus, germanico sermone sic reperiuntur translata: Welich Freyer Herz sein Gut an ein Gotteshaus geit / und leihet ihm des Hauses Herz das Gut zu seinem Leib wieder / umb einen Zins / und geit ihm Brieff und Insiegel / das ist auch an allen Steten stat / und es mag ihm weder sein Erben / noch anders niemand geprechen. Ut adeo *lidolaip*, & *beneficium sub usufructuario*, vel ad *victualem necessitatem vitæ* concessum, & zu seinem Leib umb einen Zins leihen / jure germanico unum idemque esse, ac reipsa usumfructum denotare, nihil ferè dubitem. Cumque vernacula nostra, leihen & dingen sint relata, hinc ortum puto *Leibgeding* / quale nomen, utut ad dotalitium, sive eam solum usufructus speciem, qui superstiti uxori in defuncti mariti bonis constituitur, atque, observante, præter alios, *Nicolao Henelio*, ipsi etiam Francico sive Germanico Juri, suam debet Originem, frequentior ætatis nostræ usus videatur nunc contraxisse, idem tamen de omni Germanici Juris usufructu usurpari, ac exinde usufructuarios *Leibe* dici, jam *Schilterus* annotavit, & *Speculi Suevici* auctoritate, amplius ostendit.

C. 311. §. 2.

de Jur. dotal.
c. 1. §. 8. not.
lit. a.

ad ff. Ex. 17.
§. 8.

XIII. Quænam verò partitim sint species usufructus

fructus Germanici, & in quo propria ejus à Romano differentia, debeat poni, tam planum non est, ut absque omni hæsitatione possit edisseri. Inter antiquiora exempla esse videtur *ususfructus* ille *Ecclesiasticus*, cujus meminimus, quando quis rerum suarum dominium in Ecclesiam transtulit, ac deinceps à Rectore Ecclesiæ, usumfructum in istis sibi præstari, rogavit; hinc *præstaria*, & *precaria ad casam Dei* appellabatur, à præstatione donatarii donantisque precibus adscito nomine: aliquando etiam *Commendatitia*, quia ad fruendum commendabatur, sub variis conditionibus, meliorationum, renovationumque, certis temporibus instituendarum, terminis etiam, ad quinque, decem, viginti annos, plerumque ad vitæ durationem, definitis, quod tandem ad heredes quoque, appposito tamen numero, duos, tres, quatuor, quinque, est extensum, atque illud omne, gratuito interdum beneficio, sæpius tamen suscepto, in compensationem, ab usufructuario censu: quemadmodum singulis hisce casibus plura reperiri ad ornarique possunt specimina, si quis, quæ tum à *Melchiore Goldasto*, tum à *Friderico Lindenbrogio*, *Iacobo Sirmondo*, & *Hieronymo Bignonio*, in *Formulis*, supra laudatis, collectæ sunt chartæ, evolvere instituat. Addi debent supplementa *Stephani Baluzii*, in *Appendice Actorum veterum*, Capitularium collectioni annexo, & quæ curâ operosiori, ex ineditis monumentis, *Glossario* suo inseruit *Carolus Fresneus*: Unde etiam rectius forte de precariis judicabimus, quam vulgo à plerisque Canonici Juris Interpretibus præstitum esse videtur. Fecimus aliquoties mentionem *census*, à fructuario solvendi, quare ne cum *Emphyteusi*

chart. Alam.
66. 67. 69.
70. 73.
Lindenbr. 19.
20. 22. 23. 25.
26. 27. 29. 30.
Sirmond. 38.
Bign. 20. 21.
num. 23.
voce Præstaria & Precaria.
ad III. Decret. l. 14.

phyteusi Ecclesiastica, aut *Censitico jure* confundatur, differentia rationes *Schilterus* consignavit.

ad ff. Ex. 16.
§. 83. 84. &
Ex. 17. §. 18.

XIV. Temporis progressu, hujus speciei imitatione, *secularis ususfructus*, prognatus est, iisdem fere ac ille formis constans, nisi quod Ecclesiae locum sustineat Laicus. Antiquiora autem initia habuit *Ususfructus Feudalis*, per varias sui vicissitudines, inde à *precario* simplici, interveniente *annui* temporis spatio, ad *vitam* usque Vasalli permissus, donec in *heredes* tandem produceretur, qualia incrementa satis commodè *Feudista*, in rebus hujus generis scriptor alias non omni exceptione major, signavit. Præter hos *Maritalis* cognitus est, & qui *Tutoribus legitimis coheredibus* datur in bonis hereditariis, quæ administrant, de quibus Saxonici præsertim Juris Commentatores egerunt.

I. Feud. I. §. I.

XV. Quoniam verò diversis temporibus, diversam quoque æstimationem consecutus est Germanici Juris *Ususfructus*, vix ad communem rationem videtur posse reduci, quâ à Romano discriminetur: nisi quod, in vim generalis conclusionis, id omnium optime fieri existimavit *Schilterus*, si dicamus: *Convenire eosdem in hoc, quod uterque sit jus personale, nec ad heredes transitorium regulariter, sed regulariter inquam: ut ut enim de usufructu juris Romani indistincte illud verum est, quippe quem ad heredem transmitti, juxta rescriptum Justiniani Imperatoris, non est penitus possibile, cum morte usumfructum extinguere, juris indubitati sit, vel uti Ulpianus loquitur, non recipiat*

l. 12. C. de usufr.

l. 3. §. 3. quib. mod. usufr. amitt.

C

dubi.



dubitationem: hoc ipsum tamen usufructui Germanico nequaquam repugnat, quemadmodum ex superioribus innotuit. differre verò alterum ab altero, quod jure Romano Ususfructus non nisi jus utendi fruendi re alienâ contineat: Iure verò Germanico, plus de natura Domini participet, scilicet jus habendi sibi rem usufructuariam quodammodo communem: atque ita liquere, usumfructum Germanici Juris ab Usufructu Romanorum formaliter differre, & coincidere fere cum Dominio dotis, seu, quod Romano jure Maritus habet in re dotali, quod civile vocant Interpretes, reservato Dominio naturali uxori: qui alias etiam, neque otiosam hanc inspectionem, aut in hodierno foro inutilem putandam esse, disertè annotavit, quod, etiam si quæ antiquioribus Germanorum legibus, in hanc rem sint constituta, tam exactè hodie non observentur, propterea tamen non omnis usufructus Germanorum proprius desierit, sed imò adhuc duret, & cum diversa sit natura, ab usufructu Romanorum, diversos etiam sortiatur juris effectus, in ipsa praxi juridica sæpius occurrentes.

XV l. Nos verò ratio sat gravis puto defendet, quã consolidationis jura ad has quoque species extendere sustinuimus. De *dotalitio*, καὶ ἐξοχίῳ tali, res manifesta est. De *Tutelari* quoque, J Cti Saxonici operosius testantur. Et quamquam de *Ecclesiastico* isto, sive *precaria*, multi existiment, postquam *Ecclesie ditata fuerint*, ut in detrimentum Reip. opes *Ecclesiasticæ* vergerent, desisse ferè hanc *Ususfructus speciem*, sicut etiam, qui ad exemplum ejus introductus videbatur, *secu-*

secularis, sive Laicus vulgaris, cum eodem in foro cessaverit: nollem tamen simpliciter id asseverare, cum B. Biccus noster, dudum observarit, precariarum usum in Germania, etiam apud protestantes, in bonis Ecclesiasticis ante Transactionem Passaviensem occupatis, non plane esse incognitum, de quo vel ipsi Libelli, à Curatoribus Oeconomisque Claustrorum & Monasteriorum confici soliti, qui vulgari idiomate die Precaren = Büchlein appellantur, testimonium omni exceptione majus præbere possint.

*Comment. ad
L. possideri. 3.
§. 5. de A. vel
A. P. Quæst.
7.*

XVII. Facile hinc condiscimus, cur communi ferè consensu Feudalis Juris Interpretes, inter *modos finiendi feudum* referant *Consolidationem*, & nihilominus, inde à Glossatorum ævo indistinctè tradant, *dominii* illius, quod *utile* vulgò appellatur, speciem esse, feudum, propterea quod II. Feud 8. hæc Vasallo tribuatur potestas, ut *tanquam dominus à quolibet possidente, illud sibi quasi vindicare, & si ab alio ejus nomine conveniatur, defensionem opponere, servitutem quoque eidem debitam petere, & retinere possit*, quæ omnia *fructuario*, non licent. vid. l. 1. pr. si serv. vind. l. 1. fin. de O. N. N. Neque enim inde argumentum quis ducere posset, definitionem Consolidationis, quam supra proposuimus, justo esse arctiorem, quando ad usumfructum solum determinatur, qui cum dominio nihil commune habet, neq; pars ejus aut species dici potest; neque etiam, minus recte feudum Consolidationis objectum statui, licebit excipere: utrinque res periculo caret; est omninò feudum ususfructus species, id quod in Camera Imperiali infinitis decisionibus pronuntiatum esse, asserit Rosenthalius, ut nesciam, quid sibi

*de Feud. cap. 1.
Concl. 6. n. 2.
lit. d.*

velint, qui per usumfructum definiri illud non posse, tam acriter contendunt: sed sicut res ipsa Originis Germanicæ, ita ususfructus quoque Germanici Juris, intelligi debet, quem in eo à Romano differre, jam dixim⁹, quod pinguior sivè plenior sit, & ex ipso dominio aliquid participet, in cujus signum recepta fuit investitura Usufructuarii, inde quoque factum, ne cum persona fruētis extinguatur, sed ad heredes quoque transeat, uti II. Feud. 23. disertè *Ususfructus* appellatur, *ad heredes in perpetuum pertinens*: qualem cum dominio propinquitatem cum alii attenderent, *quasi domini ac domini utilis*, ex Romani Juris Interpretum disciplina desumpta vocabula, eidem imposuerunt. Id cur fieri non debuisset, nihil causæ video. Quamquam enim Romani, suum usumfructum, jus, à dominio tota specie separatum, esse voluerint, non tamen id aliis populis regulam potuit præbere, qua suis quoque legibus adstringerentur. Siquidem naturaliter jus fruendi est affectio proprietatis, quæ alii communicari potest, variis gradibus. Ex eodem fundamento intelligitur, quo sensu explicari debeat *Grotius*, quando inter *domini minus pleni* exempla, *usumfructum* retulit.

vid. Struv.
Syn. Jur. Feud.
c. 2. aph. 2. n.
3. 4.

de J. B. P. I.
1, 5.

Conf. Strauch.
ad Reg. Jur.
Diss. 3. §. 25.

XVIII. Cæterum in *Dote* etiam fieri *Consolidatio* Doctoribus dicitur, quoties, soluto matrimonio revertitur ad mulierem: quanquam enim, si rigidiorem Romani Juris theoriam inspiciamus, *Ius Dotis* omnino *domini* rationem habeat, quatenus rebus in dotem datis per operationem legis Civilis, ea confertur *genus* atque relatio, quæ iisdem, novam qualitatem

tatem, peculiarium effectuum & iurium, rebus, in sua natura, & ut corpora sunt, consideratis, non competentium, causam, imponat, unde deinceps maritus, non *nudi Iuris*, quod *Vultejus* existimavit, sed *rei dotalis fiat dominus*: Illud tamen dominium, sola *legum subtilitate* sustinetur, cum *ex rei veritate, eadem res & ab initio uxoris fuerint, & naturaliter in eius permanserint dominio*, uti ipse *Imperator* rescriptit; hinc satis apparet, non condemnendam penitus esse *Gerhardi Feltmanni*, aliorumque, quos in partes ille vocat, sententiam, Jus, marito, tempore constantis matrimonii, competens, *magis simile esse Usufructui*, quippe in *re aliena* fundatum, in qua *administranda*, tantam *diligentiam* adhibere cogitur, quantam suis rebus solet adhibere, ut *Vlpianus* auctor est; *magnam tamen etiam familiaritatem habere cum dominio*: Est enim usufructus juxta sensum veteris juris Germanici: non est, habito respectu ad Jus Romanum, quod *peculiarem* heic *dominii speciem* effinxit, qualem cum usufructu isto multum convenire antea diximus.

l. 23. C. de jur. dot.

in l. 30. C. de Jur. Dot.
De Jur. in re.
c. 29. §. 18. 26.
28.

l. 24. §. 5. sol. matr.

XIX. Atque hinc, nisi fallor, causa subnata est aliis, quare ulteriori vocis productione, *Consolidationem* appellare non dubitaverint, quotiescunque *dominium utile* cum *directo*, aut qualecunque aliud *ius minus plenum*, ac ab alio, tanquam perfectiori, suoque veluti principio, dependens, cum eodem conjunctum denuo, atque illuc reversum fuerat; quemadmodum de *Iure Emphyteutico, Superficiario, Libellario*, nonnunquam etiam *Censitico*, licet observare: cujus locutionis formulam, si tolerare denique debemus, accura-

tionis tamen æstimatione, an eandem habere, aut tueri jure maximo possimus, pronunciare absque hæsitatione nondum penitus audeo.

III.

Modi Consolidationis. Voluntarii. Necessarii.

XX. De *Modis*, quibus Consolidatio fiat, non esset, cur prolixius ageremus, ubi disciplinæ Strauchianæ simpliciter vellemus insistere: neque enim, præter unicum illa admisit, quo, ex conventionem partium, statuto tempore effluxo, ususfructus natura suâ finitus, ad proprietatem redit. Sed quoniam nec ipse Strauchius deinceps rigorem illum tam vehementer cupiebat urgere, licebit nobis tanto facilius, & absque minore contradictione, aliorum sequi sententiam, quod pluribus modis accidere Consolidatio omninò soleat; quales generatim in *voluntarios* ac *necessarios*, si doctrinæ causâ partiamur, haud facilè superfuturum esse casum existimo, qui ad alterutrum genus non possit commodè satis referri. Appellamus autem modos Consolidationis voluntarios, quando per naturam rei, proprietatis atque ususfructus separatio ulterius durare potest, consensu vero, vel utriusque partis, vel unius etiam voluntate, verbis aliisve signis externis sufficienter declarata, ea tollitur, atque ita conjunctio iterum contingit: Necessarios, quoties sine interveniente facto hominis causativo, ipsa
juris

juris dispositione autoritateque eadem sequitur. De quibus potiora quædam exempla adducemus, neque enim, ut exacta singulorum enumeratione defungamur, instituti ratio permittet.

XXI. Inter *Voluntarios* modos, qui *mutuo partium consensu* fieri consueverunt, ferè princeps est *Cessio*, quâ usumfructum, ante temporis, ad quod constitutus est, decursum, domino proprietatis, ex conventionem propterea initâ, remittit atque concedit usufructuarius: Cum enim quisque, ut rei, ita juris quoque sui, moderator sit ac arbiter, non apparet, cur usufructuarius usumfructum sibi acquisitum, gratis aut pretio vicissim recepto, alienare non possit, non intercedente impedimento graviori, quale hoc quidem casu adeò nullum extat, ut diserta etiam *legis concessione* facultatem istam habeat. Par ratio est, quando proprietatem suam in fructuarium transfert dominus: Quamvis enim necessaria videatur *Consolidatio*, quæ proprietatis & ususfructus, in unam eandemque personam concurrentis, confusione nascitur, licebit tamen ad voluntarios modos hætenus referre, in quantum primario effectus iste à contrahentium consensu dependet, nec unquam ratione alia potuisset contingere.

l. 21. C. Mand.

vid. §. 3. f. de Usufr.

XXII. Singulari verò *unius arbitrio* fit *Consolidatio*, quando fructuarius jus suum vel disertè renunciat domino, vel re ipsa de relinquit, ac *ususfructus deserendi causa*, ex fundo exit, vel ab *usufructu recedit*, quemadmodum *Paulus* ac *Ulpianus* loquuntur. Galli *deguerpir* appellant.

Cu-

l. 48. pr. de Usufr. l. 64. eod. l. 3. §. 14. de Vi arm.

*l. 29. C. de
Paet.*

l. 65. de Usufr.

*II. Feud. 14. &
38.*

part. 10. n. 55.

part. Feud. II,

2, 21.

ad Consuet. Pa

ris. T. I. §. I. gl.

5. n. 3. seqq.

vid. l. 7. §. ult.

de damn. inf.

add. Gothofr.

ad l. 64. de U-

usufruct. lit. a.

Cujusquidem faciendi potestas eidem competit, *iuris antiqui* autoritate, quo *omnes licentiam habere* censentur, *his, quæ pro se introducta sunt, renuntiare*, quanquam non semper hoc ipsi profit, ad exsolvendum se oneribus alias sustinendis, uti ex responso *Pomponii* condiscimus. Atque ita in *usufructu* quoque *feudali*, abdicatio ista, sive, quæ propria vox est, *refutatio*, in *manus domini*, inviti etiam ac repugnantis, Vasallo permittitur, *Longobardico Iure*, quod *Germania* quoque *consuetudine* servari, testis est *Zasius*; nisi quod nonnullos alii casus excipiant, de quibus *Conradus Rittershusius* egerat, sicut de *moribus Gallorum* antea, *Carolus Molinaus*. An in *Emphyteusi* eodem modo se res habeat, nondum planè expeditum est, siquidem in negantium partes plurimi ferè *Doctorum* hætenus concesserunt, *Emphyteutam Jus refutandi* invito domino non habere, nec deserendo prædium liberari ab obligatione *Canonis præstandi*; quorum tamen opinioni, an *cap. 3. X. de Immunit. Eccles.* aut etiam *l. 3. C. de fund. patrim.* quibus potissimum inniti assueverunt, quicquam patrocinetur, valdè dubito, & sanè cæteras eorum rationes paulo altius consideranti, haud difficulter suboriri posset cogitatio, veriorem esse asserentium sententiam, non solum propter has, quæ in superioribus adductæ fuerunt, rationes, sed & quod generaliter verum sit, quisquis ratione rei ad onus aliquod tenetur, cum evitare onus posse, statim atque paratus est, rem derelinquere, dummodo bona fide, ac citra fraudem id faciat, nam in feudo hoc quoque requiritur: à qua generalitate, cum manifesta lege nondum excepta videatur *Emphyteusis*,
illud

illud verò, quod ex *l. 2. C. de lur. Emphyt.* ducitur argumentum, multis adhuc difficultatibus sit obnoxium, forte nihil causæ adest, ob quam diversum in ea jus statuere quis possit debeatve. Quare sic censeo, hac quidem in parte, parem ferè Vasalli ac Emphyteutæ esse conditionem, si non, in quantum Romano Jure adornata est Emphyteusis, saltem, quatenus Germanorum moribus eadem est recepta; nisi quod, præcludendæ eo facilius intempestivis renuntiationibus viæ, subinde Provincialium legum statutorumque sanctione libertas ista refutandi, justarum causarum allegationibus adstringatur.

XXIII. Quod necessarios Consolidationis modos attinet, videntur duplicis esse conditionis; alii enim *naturaliter* contingunt, alii *ex accidenti*. Posterioris generis sunt, quando ex fructuarii facto aliquid supervenit, ob quod deinceps hujus Juris incapax ille reddatur; quale est, si *capitis diminutionem, mediam vel maximam*, patiat, vel, ut ex moribus hodiernis, *Collegium Argentoratense*, aliique suppleant, si in *Bannum Imperiale* declaretur proscribaturque. Quamquam nonnullas hoc patiat exceptiones, de quibus passim Interpretes nostri agunt.

*ad Tit. quib.
mod. us. am.
§. 7.*

XXIV. Referri in hanc quoque classem debet, *Cessio*, non commoditatis utendi fruendi, sed ipsius *Juris usus-fructus*, in extraneum facta, quando fructuarius non solum contractum hoc nomine fecit, quo in se Jus istud amplius consistere nolit, verum, quantum in se est, in alterum quoque re ipsa cupiat transferri, hoc

D enim

enim importat Cessio, quæ generaliter loquendo, in rebus incorporalibus idem est, ac in corporalibus traditio. Equidem an hoc casu consolidatio in persona Domini statim fiat, an saltim ratione Cessionarii effectu suo careat ista cessio, manente penes cedentem Usufructu, quoad suo tempore extinguatur, acerrimè adhuc inter se totæ Jctorum acies digladiantur, sicut apparere potest, si quis numerum utriusque partis velit inire, ex nominibus, qualia proluxa serie recenserunt *Arias Pinellus, & Iohannes del Castillo*. Sed procul dubio, secundum Romani Juris regulas, verior est sententia eorum, qui penitus Usufructum amitti, ac ad proprietatis dominum illicò reverti, asserunt, qualem, præter *Iacobum Cujacium, Iulium Pacium, Franciscum Hotomannum, Aegidium Hortensium, Hugonem Donellum, Iohannem Strauchium, Reinhardum Bachovium*, aliosque summæ autoritatis Jctos, rectè Collegium quoque nostrum *Argentoratense*, tuetur, quamque etiam *communio* ac *receptiorem* esse, testatur *Ant. Gomezius*; utut, cum *Iohanne à Sande*, in *praxi* nusquam receptam, dicat *Struvius*.

XXV. Fundamenta, quibus illi contendunt, & rationibus constant, & legum confirmatione muniuntur, siquidem Cessio ista in Jure, ut ex *Fragmentis Ulpiani* constat, alienationem importat plenam, ex jure Quiritium, quæ, cum ex parte una, juris remissione; ex altera, acquisitione ejusdem, constet, absolvaturque, & verò Usufructus, *Paulo* dicente, à *personis* *discedere sine sui interitu non possit*, facile apparet, alienatione ex persona quidem cedentis facta, abdicari Usufructum.

p. III. L. I. C.
de bon. mar.
num. 38.
de Usufruct.
e. 69. num. 5.
seqq.

ad Tit. quib.
mod. us. am.
th. II. & Tit.
de Usufr. th.
27. n. 6.
T. II. Var. Res.
5. 15. de action.
cess. c. 5. n. 35.
Jurispr. R. G.
For. l. II. T. 8.
§. 19.

Tit. 19. §. 9.

l. 15. fam. ex-
eisc.

Usumfructum, quem *nemo nisi Dominus occupare & acquirere potest*, sicut *Locamerus* annotavit. Præterea quoque clariora sunt *Pomponij* verba, in *l. 66. de jur. dot.* quam ut de veritate hujus asserti sincerè dubitare nos sinant, *Usumfructum à fructuario cedi non posse, nisi domino proprietatis, & si extraneo cedatur, id est, ei, qui proprietatem non habeat, nihil ad eum transire, sed ad Dominum proprietatis reversurum Usumfructum*: qui enim in verbo *reversurum*, mysterium quærunt, idque non de præsentis, sed futuro tempore, existimant esse explicandum, videntur mihi contra mentem *Jcti*, & rationem legis differere, ac ipsam denique quæstionem illic propositam reddere *Domitianam*. Neque etiam, quod ex *§. 3. I. de Usufr.* præsidium quærunt, momenti alicujus haberi debet, quod *cedendo usumfructum extraneo, nihil agatur*, cum satis jam fuerit responsum, nihil agi *secundum intentionem agentium*, agi tamen aliquid *præter eandem*, vel ex facti qualitate, vel autoritate *Juris*; quod utique non solvitur, etiamsi excipias, eâ formula, *nihil agi*, in legibus idem denotari, ac totum actum nullius momenti esse, nihilque valere, siquidem id non aliter, quam in sensu reduplicativo, ut *Philosophi* loquuntur, verum est; atque ita etiam facilè largimur, totam ejusmodi *Cessionem*, quâ *cessio* est, nullam esse, nullumque producere *juris effectum*; sed in ipsa *Cessione*, naturaliter consideratâ, factum aliquod continetur, *abdicatio nimirum juris, antea sibi competentis*, quod cur valere non debeat, nulla hætenus afferri poterat ratio. Nam & sic is qui in fraudem *Creditorum manumittit*, aut donat, nihil agere dicitur,

ad §. 3. f. de
Usufr. n. 18.

pr. j. quib. ex
caus. man.
non lic.



l. 1. de stat. lib.

*l. 5. C. de serv.
pign. dat. ma-
numiss.
l. 4. C. de revoc
donat.*

dicitur, quod certè non aliter potest intelligi, quam quatenus in fraudem Creditorum id suscipit, naturaliter enim omninò aliquid agit, dum jus Domini, quod in servum aut rem donatam habuit, ita derelinquit, unde, creditoribus jure suo uti nolentibus, servi, quibus interea Statuliberorum compete-
bat conditio, libertatem obtinent, neque enim *ipsum manumissorem, si fraudem se fecisse Creditoribus, ut revocet libertates, audeat dicere, audiri debere, nec heredem eius, Imperator Alexander Mammæ; & res, quæ donatæ sunt, revocari non posse, ex memorata allegatione, sub obtentu pœnitentiæ, alibi, Diocletianus & Maximianus rescripserunt. In l. 28. qui & à quib. man. lib.* simili ratione, hæres servum proprium, quem Testator legaverat, manumittendo, dicitur nihil agere, quod sanè non simpliciter, libertatis etiam intuitu, quæ omninò manet, sed tantum respectu legatarii, potest accipi, cui tenetur ad æstimationem, per *l. 112. §. 1. de legat. 1. §. 16. l. eod.* quæ omnia, quorsum valeant, satis puto constabit.

n. 23. 25. 26.

*II Feud. 55. pr.
add. Struv.
Synt. Jur. Feud
c. 13. §. 9.*

XXVI. Sed quicquid denique de his sit, saltem quatenus Germanico Jure cognitus receptusque est ususfructus, si extraneo cedatur, eum illicò amitti, prorsus expeditum esse videtur. De veteri Ecclesiastico illo, aliquot nos *formula Lindenbrogiana* docere possunt, quibus, præter amissionem, sæpius pœnæ loco, tantundem Monasterio solvendum fuisse, amplius apparet. De *Usufructu autem feudali*, diserta extat *Friderici Constitutio*, qua, ut in casu alienationis ejusmodi, absque Domini consensu, in alterum à Va-

à Vafallo fcienter factæ , *feudum amittatur* , & ad do-
 minum liberè revertatur , cautum eft. Idque etiam
 ad *Ius Emphyteuticum* extendunt , tum argumento le-
 gis 3. in fin. C. de lur. Emphyt. quod *Salicetus* atque *Si-
 chardus* ulterius excoluerunt; tum etiam , quod Ger-
 manorum moribus Emphyteufis ferè fpecies Juris feu-
 dalis facta effe censeatur. Sed hæc ita intelligenda
 funt , fi perfecta fit alienatio , ad quam , cum statutis
 particularibus aut confuetudine , fingulares aliquan-
 do requirantur folennitates , cæ omnes heïc quoque
 fuerint attendendæ , priusquam de privatione juris
 pronuntiemus. Conf. quæ de foro Saxonico configna-
 vit *Carpzov. Jurispr. for. 11, 39, 13.*

XXVII. Notanter autem diximus , necessariò
 Consolidationem fieri , fi ipfum Jus Ufufuctus ex-
 traneo cedatur , fecus , fi *commoditas utendi fruendi* :
 hæc enim intelligi debet , quando in l. 12. §. 2. l. 67.
*de Ufuf. traditur , Ufufuctuarium vel ipfum frui ea re ,
 vel aly fruendam concedere , vel locare , vel vendere
 poffe* , fi quidem tali casu nulla fit juris ceflio , quod
 fequentibus verbis *Vlpianus* fatis oftendit , nam & qui
*locat , utitur : & qui vendit , utitur ; sed & fi aly preca-
 rio concedat , vel donet , puto eum uti : atque ideo reti-
 neri Ufufuctum : & hoc* , addit , *Cafium & Pegasum re-
 fpondiffe* , & *Pomponium libro quinto ex Sabino probaffe.*
 Videtur tamen negotium faceffere *Paulus* in l. 8. §. 2.
de pericul. & com. rei vend. ubi non tantum proprietaria-
 rium , alteri in ipfum Corpus , quod fuum fit , *Ufufuctum*
ex venditione conftituere : fed Ufufuctuarium
 quoque , *Ius utendi fruendi* , quod *folum fuum* fit , à

ap. Castell. de
Usufr. c. 69.
num. II. 17.
ad Treutl. V.
I. D. 16 th. 10.
lit. A. B.

Jur. Justin.
Ex. VII. th. 32
l. 38. 39. de
Usufr.

ad ff. Ex. 17.
§. 32. seqq.

l. 3. §. 3. quib.
m. us. am.

l. 3. pr. C. de
Usufr.

proprietario sibi constitutum, iterum alij vendere posse asserit, diversis tamen juris effectus, qui illic indicantur: add. §. I. I. de Usu & hab. atque hinc factum puto, quod alii distinctionem, antea propositam, impugnaverint. Retineamus igitur *Bachovij* Philosophiam, dicamusque, in Usufructu duplex occurrere Jus, personale alterum, quod ex ipsa constitutione perpetuo inhæreat fructuarii personæ, & cujus ratione *servitus* habeatur: alterum *Reale*, quod in utendo fruendo, & ita quasi extra personam, consistat, atque hoc posterius demum ad alterum transferri, ac in opposita lege intelligi: quale *Jus* potius *usurpandi* appellandum esse, censet *Strauchius*, cujus ratione *fructuarius in effectu per alium fruitur*, ut ex aliis locis manifestè constat, retento sibi Jure illo personali, à cujus duratione & istud suspenditur. Cæterum an propriarius Jus protimiseos habeat, adversus extraneum, qui eam Usufructus commoditatem emit aut conducit, inter JCtos nondum expeditum est, existimo tamen, quæ pro asserentium sententia à *Schiltero* sunt adducta, locum suum satis tueri.

XXVIII. Restant Consolidationis modi necessarii, quos naturaliter evenire diximus. Ubi primo loco nominari debet *Mors* usufructuarii, postquã, usumfructum non ad herendẽ defuncti pertinere, sed *ad proprietatem regredi solere*, Antoninus etiam rescripsit. In Civitatem quoque suo modo hoc cadit, quæ, tanquam persona moralis, censetur mori, quoties vel corpus ipsũ interit, vel species sive spiritus ille, qui corpus instar animæ continet, quod, quibus rationibus fiat, præclare *Grotius*,

tius exposuit: hinc *Modestinus* : si *Ususfructus Civitati* legetur, & aratrum in eam inducatur, in signum ever-
sæ Reipublicæ, *Civitas esse desinit, ut passa est Cartha-*
go; ideoque quasi morte desinit habere Ususfructum.
Ususfructus autem feudalis, tum demum, ubi non
solum persona primum acquirens, sed cæteri quo-
que successores mortui sunt, atque ita familia, cui
ad feudum jus competeat est extincta, ad domi-
nium revertitur. Id quod de Emphyteutico jure, et-
iam dici oportet.

de J. B. P. II,
9, 4. seqq.
add. Pufend.
de I. N. G.
II, 12, 8. seqq.
l. 21. quib. m.
us. am.

II. Feud. II.

XXIX. Eodem pertinent *existentia temporis* aut
conditionis, si tempus, ad quod Ususfructus constitu-
tus, finitum sit, vel *Conditio*, sub qua idem est ad-
emptus, evenerit: quibus casibus, dum in persona
fructuarii annihilatur, ad patronum necessario redit
ususfructus; quanquam enim in servitutibus realibus
id locum non haberet, quas *ipso quidem Jure, neque*
ex tempore, neque ad tempus, neque sub conditione, ne-
que ad certam conditionem, constitui posse, nos docuit
Papinianus; secus tamen est, in usufructu, in quem
& temporum & conditionum ejusmodi adjectiones
cadere, plura Juris loca demonstrant. vid. *l. 4. de Usufr.*
l. 3. pr. l. 15. l. 16. quib. mod. Usufr. am. l. 5. l. 12. C. de usufr.
Si *confusionem* proprietatis & ususfructus heic referre
quis vellet, de ea solum deberet intelligi, quæ ex ne-
cessitate causæ intrinsecæ, citra voluntatem fructua-
rii & proprietarii contingeret, cujus rariora fore ex-
empla censeo. Quod enim ex *l. 17. quib. mod. us. am.*
de servo, noxæ dedito, à Domino proprietatis, ei, qui
antea usumfructum illius habebat, affertur, utique
modis

l. 4. pr. de
servit.

modis Consolidandi voluntariis est annumerandum, siquidem arbitrio Domini damnati permittitur, aut litis æstimationem sufferre, aut ipsum hominem noxæ dedere *pr. I. de Noxal. act. l. 6. §. 1. de re jud.* sicut formulæ quoque condemnationis alternativa Judici præscribitur, §. 1. *I. de Off. Iud.* ne duriores faciat ejus conditionem, cui beneficio legis electio est tributa.

XXX. Ex iis, quæ hætenus dicta sunt, colligere possumus, modos Consolidationis voluntarios ita esse comparatos, ut ad utramque speciem, tam eam quæ in proprietarii, quam quæ in fructuarii persona oritur, possint pertinere: cum necessarij ad priorem ferè videantur restringendi; nisi fors exceptionem faciat illud, quod morte Domini Feudi, nullo relicto herede, qui in dominio directo succedat, hoc, non cum aliis bonis, ad fiscum venire, sed utili Dominio, quod antea Vasallus habebat, conjungi, atque ita consolidari, Feudalis juris Interpretes nonnulli, volunt, de quo tamen cum plurimi dissentiant, jam nihil definitio, & si quis admitti pertinaciter cupiat, sub ea tamen limitatione, quam *Struvius* addidit, ut id fiat, necessum esse opinor.

*Syn. F. Feud.
c. 15. aph. 3.
202110-3*

IV.

*Effectus Consolidationis varij
tam in ipsa re consolidata.
quam extra eam.*

XXXI. Vidimus Consolidationem, quid sit, & quibus rationibus contingat. Transcundum est ad
effectus

misso , proximitas ex tempore evenientis conditionis æstimanda est. Ratio diversitatis in eo ponitur, quia ususfructus ullo momento consistere nequit, nisi proprietas penes alium existat, qualis, cum nemo esse poterat, quam, qui tempore mortis testatoris, atque adeò legati ususfructus constituti, fuit proximus, eam proprietatem, cum spe Consolidationis ad suos quoque heredes transmittet, quæ ab aliis, moriente usufructuario, proximis, in dubium vocari non potest. Vid. prolixius *Hartm. Pistor. Observat.* 75. & 163. *Carpzov. Jurispr. For. p. III. c. 13. d. 26. & c. 8. d. 25. Strauch. Jur. Justin. Ex. VII. §. 41.*

XXXIII. Effectus externi, qui in alio quopiam, ac sola persona vim suam ostendat, exemplum esse potest, quod Consolidatio habeatur pro *causa lucrativa*, etiamsi originarius proprietatis titulus onerosus fuerit. Sicut hanc regulam *ex l. 82. §. 2. de legat. 1.* eruerunt Interpretes; dum enim quæritur, *si cui legatus sit fundus alienus, isque postea proprietatem ejus redemerit à domino, deducto usufructu*, quem sibi venditor retinuerat, postea verò *venditor capite minutus sit, & usufructus jure Consolidationis ad emptorem pertinere ceperit*, an ex testamento fundus nihilominus peti possit? Respondit *Iulianus*, posse, sed *Judicem tanti litem æstimare debere, quanti legatario aberit*, hoc est, quantum numeravit proprietatis nomine, quemadmodum Imperator id ipse exponit, ut *deducto usufructu, jubeat æstimationem præstare*; quod *Glossa* reddit, *deducta æstimatione usufructus, addita ratione, quoniam usumfructum ex causa lucrativa jam habet,*

§. 9. 7. de leg.

bet, ideò non debet plus habere. Conf. Castillo de Vsufr. cap. 76.

XXXIV. Quod attinet effectus, qui rem ipsam contingunt. Solennis omnino ille est; dum *quandocunque Consolidatio fit ex natura rei, sive ex necessitate cause antiqua, & inexistentis rei consolidata*, quod nos Consolidationis modum necessarium appellaremus, *id quod consolidatur, ipso iure efficitur ejusdem juris, qualitatis & conditionis, cum re cui consolidatur & unitur*, quemadmodum *Molinaeus* prolixè docuit, collatisque illustravit exemplis. facile hinc apparet, si pars aliqua, quæ hætenus abfuit, universitati rerum, in qua alteri Dominium, alteri ususfructus competit, consolidetur, quid proprietario, quid usufructuario juris competat, de quo aliàs apud istum tam graviter disceptatur. videri in hanc rem potest, *Vlpiani* responsum, in *l. 9. §. 4. de Vsufr.* Extendit verò *Molinaeus* hujus asserti vim, ut, *dum feudum, vel Emphyteusis, naturali suo fine hoc modo desinit, non solum dominium utile, sed etiam possessionem naturalem resolvi, redire, ac consolidari ipso jure dominio directo, & possessioni Civili statuatur; rationem istam assignat, quoniam dominium utile, & naturalis possessio hoc casu subalternantur directo dominio, & civili possessioni, & non fuerunt translata, nisi limitatim usque ad certum tempus, quo pendente Vasallus vel Emphyteuta non possidet, nisi sub hac qualitate, & Conditione hujus limitata concessionis; unde eâ finita, necesse est, quod desinat possidere, nisi aliter possessionem interverteret, quod non est præsumendum. Nos hic subsistimus.*

*ad Consuet.
Paris T.I. §.
43. gl. I. num.
176. seqq.*



*l. 10. fin. Com.
Præd.*

l. 18. de serv.

*ad Tit. quem.
serv. am. th. 16
vid. l. 116. §.
ult. de leg. I.
l. 2. §. 18. de
her. vel. act.
vend. l. 9.
comm. Præd.
l. 7. de fund.
dot.
de usufr. c. 71.
n. 9. seqq.*

*ad l. 17. quib.
mod. us. am.*

*l. 20. §. 1. de
A. R. D. l. 12.
Comm. Præd.
l. 23. §. 2. de
S. P. R.*

*l. 39. de neg.
gest.*

XXXV. Cæterum in realibus servitutibus id quidem contingere solet, ut etiam si per confusionem, civiliter & subtili juris ratione, sint amissæ, aliquando tamen ex æquitate & singulari jure reviviscant, & in pristinum statum reducantur, quemadmodum generali *Pauli* responso constat, ac præterea, exemplo fundi sub conditione legati, hereditatis venditæ, ac fundi dotalis, *Collegium Argentoratense* demonstravit. In usufructu autem id rursus operatur Consolidatio, in persona fructuarii facta, ut nunquam restituatur usufructus ille, semel amissus. Sicut manifestè declarant *l. 26. de leg. II.* & *l. 17. quib. mod. usufr. am.* ratio hujus diversitatis in *l. 76. §. 2. de leg. II.* subjungitur, quam ulterius *Castillo* exposuit. Non desunt verò difficultates, si, postquam fructuarius proprietatem emerit, & consanguinei jure retractus utantur, annon tali casu usufructus sit relinquendus, de quo videri possunt, quæ *Mornacius* differuit, nobis enim isthæc sigillatim persequi non licebit.

XXXVI. Præterea juris est, ut res transeat cum sua causa, & servitutes fundum sequantur; in feudo tamen atque Emphyteusi, quoties, effluxo tempore, ad quod Vasallus aut Emphyteuta habebat, fundus ad directum dominum revertitur, jure Consolidationis, quicquid interea servitutis ac oneris imposuit ille, interit annihilaturq;: quanquam enim, donec ipse possidebat, facere id poterat, in præjudicium tamen domini superioris non valebit. *I. Feud. s. in fin. pr. & II. Feud. 8. pr.* Ex ratione naturali ac Civili, quâ alienam conditionem meliorem quidem, etiam ignorantis & inviti, nos

ti, nos facere posse, deteriore non posse constat. Pertinet ergo huc regula, ex *l. 31. de pign. adornata*, resolutio jure dantis, resolvitur jus accipientis. *add. l. 11. §. 1. quem. serv. am. l. 105. de Cond. & dem.* Quod si ususfructus consolidetur morte fructuarii, & fructus adhuc pendeant, cui cedant, an heredibus fructuarii, an proprietario, sæpius disceptari videas; partitim id exposuit *Castillo de Usufr. cap. 77.* De fructibus feudi & impensis, *Rittershusius, Struvius*, aliique videndi sunt.

*part. Feud. 11,
6, 35. seqq.
Synt. Jur. F.
c. 15. aph. 16
17.*

V.

Impedimenta Consolidationis. ex conventionione hominum, aut legis dispositione orta.

XXXVII. Restat, ut novissimè quædam, velut per saturationem, adjungamus, de his, quæ Consolidationem interdum impedire, aut adversari eidem, soleant. Sunt autem ista duplicis generis, vel enim conventionione hominum, vel legis autoritate nituntur. Ad illa pertinet, si quis *uti frui licere sibi heredique suo* stipulatus sit, quo casu, mortuo stipulatore, non consolidari, sed ad heredem pertinere usumfructum, *Ulpianus* nos docuit, in *l. 38. §. 12. de V. O.* Quanquam enim, differre stipulationem uti frui licere, à stipulatione ususfructus, ita, ut per illam formulam, nudum factum, seu commoditas, per hanc, jus utendi denotetur, multi existiment, vanum tamen id esse, & verba textus sufficienter indicant, & alii prolixius ostenderunt. Gravioris

*l. 12. C. de Usu-
fruct.*

*Conf. l. 3. pr.
l. 5. pr. quib.
mod. us. am.
l. 23. de Us.
leg. l. 3. §. 2.
Us. quem. ca. 9.*

*ad 50. De is.
Ex. 5. c. 3.*

vioris momenti est, an idem numero haberi debeat usufructus heredis ac stipulatoris, quemadmodum *Ferretus* ac *Charondas* putaverunt; existimo tamen, & hoc dubium, tum ex iisdem legis verbis, tum cætera juris analogia, posse haud difficulter expediri, quâ omnino constat, *pro impossibili* censeri, ut morienti fructuario superstes sit usufructus, cumq; in persona heredis id vim repetitionis habeat, repeti autē non possit usufructus, nisi amissus, novum hunc esse satis puto apparebit: quia enim non poterat effectus juris impediri, qui est, amissio usufructus, in Capite minutis vel defunctis, multiplicatus ille ac denuò repetitus est. Competit ergò heredi Ususfructus, non jure hereditario, quasi à defuncto in ipsum transmissus, sed jure proprio, adquisitæ sibi, per adjectionem suæ personæ, obligationis, stipulatione defuncti, hinc etiam dum petere vult, *ex stipulatu*, ipsum agere debere, dicitur, sicut ista omnia luculentius explicavit, ac, quæ ab adversa parte allata fuere, argumenta, diluere sustinuit *Strau-
ghius*.

XXXIIX. Quæ juris dispositione nascuntur Consolidationis impedimenta, vel certas respiciunt personas, vel lege universaliori constant. Ad primam classem refero, *Ius accrescendi*, fructuariis competens, quando conjunctim usufructus est relictus, uno enim repudiante aut amittente, pars collegatario adcrefcit, non ad proprietatem revertitur, quemadmodum *titulo Digestis de Usufructu accrescendo*, amplius docemur. Circa Ususfructum feudalem huc fortè spectat *Ius revocandi* feudum in manus Domini refutatum, quale his, qui

qui ex prima investitura jus quæsitum habent certis casibus competit, de quibus Feudalis juris Interpretes agunt. Ex juris publici Romano - Germanici regulis allegare debemus, si certum est, quod *Sprengerus* alii- que, Electoribus, ex *Bulle Aureæ* sanctione tribuunt *Privilegium*, contra Domini consensum feuda emendi, nam variæ adhuc commentatorum super istis sunt opiniones, alias Consolidationem feudi id aliquando præpedire certum est,

vid. *Struv. c.*
13. aph. 14.
seqq.
Lucern. Imp.
p. 99.
c. 10. §. 2.

XXXIX. Ejus verò, quæ lege fit, Consolidationis feudalis impedimenti, illustre admodum exemplum habemus, in CHRISTIANISSIMI REGIS *Constitutione*, occasione Feudorum, quæ ab Immediata Inferioris Alsatia Nobilitate possidentur, nec tamen ab Ejus Majestate recognoscuntur, publicis literis promulgata; ubi feuda vacantia, ad dominos directos reversa, ne dominio suo illi jungant, neque eorum naturam immutent, ut alienari deinceps, aut dividi possint, solenniter cautum est. Verba Constitutionis, quæ huc pertinent, semel, id est, qua adornata sunt lingua, apponere non pigrabitur: *Et voulant aussi pareillement faire connoistre à la dite Noblesse de la basse Alsace, quelles sont ses intentions, à l' egard des dits fiefs, au dit pais, non mouvants de Sa Majesté, qui viendront cy apres à vaquer, Sa Majesté a déclaré & declare, qu'elle ne souffrira pas, que d' autres, que ses sujets en soient investis par les dits Princes, ny qu'ils les réunissent à leurs domaines, ou les changent de nature, en les rendant alienables ou partageables, pour quelque cause, ou sous quelque pretexte, que ce soit;*
mande

d. XVI. Maij
A. 1681.

mande & ordonne sa Majesté au dit Conseil Souverain d'Alsace seant à Brisac, comme ausi à la Noblesse de la dite basse Alsace, de se conformer à la presente sans difficulté. Cujus quidem Constitutionis ratio, quomodo in conservatione familiarum Nobilium, atque hinc profluentium virium, in commoda Reipublicæ eò feliciter expediendarum, incremento, fundata sit, facile, ut opinor, cuivis apparebit.

art. 24.
art. 30.

XL. Equidem in Imperio Romano-Germanico, huic quodammodo adversum jus esse videtur, dum *Capitulationibus* Cæsareis, inde à *Carolina*, ad *Leopoldinam* usque, solenni formula sancitum novimus, ne feuda Imperio aperta, maximè si gravioris sint momenti, denuò aliis conferantur, sed patrimonio Imperii consolidentur, incorporenturque, quoad sustinendæ Cæsareæ dignitati necessarios deinceps redditus præbere possint. Nimirum singulis Civitatibus suæ constant rationes, quibus sane unus publicæ salutis scopus est præfixus, ad quem tamen, qui rerum illic potiuntur, consiliis ac viis plerumque maximè diversis contendunt.




d
te
fi-
o
c
o
l-


i-
m
l-
s,
nt
o
d
e-
i-
l-
ui

Kelch

ULB Halle 3
006 834 620





Farbkarte #13

B.I.G.

1693

1683

de Consolidatione

JO. GEORGII KULPIS, JC.
SELECTIONORVM
DISSERTATIONUM
ACADEMICARUM
LIBER.



ARGENTORATI,
Literis JOHANNIS FRIDERICI SPOOR.

1686

Hol 1722

J. G. Kulpis 1696

K

